

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Ad librum I.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1194

AD
LIBRUM I.

VERS. I. PRIMA) pro, primūm, adverbium
pro nomine: per antimeriam. Barthius;
μοισῆς καπνογόνη σίου, lib. I. Advers. c. 17. & ad
Gratii Cyneget. v. 25. vide infra v. 33. Et ita
refero ad τὸ περίβιο, ut sit, primūm περίβιο. Infra v. 724.
— Celsis an si freta puppibus essent
Pervia.

Lib. 4. v. 710.

Tum freta, que longis fuerant impervia seclis
Ad subitam stupere ratem.

v. 1. DEŪM FRETA) Infra v. 637. sacros fluctus no-
minat. Sunt autem Deorum freta, Sol. eorum tum
imperio vacantia, qua mortalium usus hactenus non
contigerit. Barth. ad Claudian. lib. de bello Getico
v. 1, sive ut scribit lib. 1. adv. c. 17. & lib. 17. c. 9. Deūm
freta ideo nominat, quia, antequam ab hominibus ini-
rentur maria, Deorum sedes, veteres zuturnabant. Pedo
Albinovanus in navigatione Germanici:

— Aliena quid aquera remis
Et sacras violamus aquas, Divumq[ue] quietas
Turbamus sedes?

Statius 1. Achilleid. v. 64.

Ex quo jura freti, majestatemq[ue] repostam
Rupit Insomia puppis Pagasa rapina.

Vide infra v. 672.

v. 1. MAGNIS NAUTIS) De Argonautis ad aureum
vellus petendum proficiscientibus Orpheus, Apollo-
nius Rhodius libris quatuor. Pindar, Pyth. 4. Seneca

in Medea, Ovid. 7. Metam initio; & 1. Pont. 5. Dares initio libri de Trojæ excidio. Strabo lib. 1. Catull. in Argonaut. Statius libris Achilleides duobus. Theocrit. Idyll. 13. Horat. Epod. 3. Lycophron in Cassandra v. 1314. ubi eruditiss. Meurthius in Commentario p. 326. Joseph. Icanus de bello Trojano lib. 1. v. 52 & seqq. ibi; amicus noster, præstantiss. Dresemius. Suidas in δέρας τῷ Χειρούντασ. Hygin. fab. 14 & lib. 2. p. 74. Claudian. de bello Gerico v. 1. Rhodoman. in Argonauticus. Natal. Comes lib. 6. c. 8. ubi nomina Argonautarum enumerauntur. De Argonave, Gyrald. lib. de navigiis. Natal. Comes ibidem. Rittershus. ad Oppian. 1. Cyneget. v. 28. Nomen hinc navi obvenit ab Argō aristifice. Joseph. Icanus lib. 1. v. 80.

Autor ratus Argus, & Argo

Navis erat, sed usq[ue] crudis.

Vide hic lib. 1. v. 93. 477. lib. 2. v. 390. lib. 4. v. 365. 3870. Infra v. 457. Ab Argo, filio Phryxi, dictam vult Phercydes. Scholiast. Apollonii: ὁ μὲν Απόλλωνος καὶ εἰς τὴν Αργὸν δῶν Αἴγυνθος καταπλακάσασκεν. Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Σάργης θφείξεις γένεται.

v. 1. MAGNIS) Justinus lib. 42. nuncupat principes juventutis totius ferè orbis, εἰς exercitum fortissimum virorum. Noster autor lib. 2. v. 644 duxes & robora 18. v. 415. Minya fortissima pubes Hic inferius v. 237. ingentes anima. Catull. Argire robora pulis: &c, heroas Deum genus, neminat. Virgil. 4 ecloga v. 35 delectos heroes. Pindar. Pyth. 4. ναυτῶν ἔστων, ημίθεος ναύτας, παιδίσας ὑπερβύμων τε Φάτνων καὶ Θέαν. Theocrit. Idyll. 13. Θέον ἔστων πρόσων, ἀχριτάς πατοῦν εἰς ποδίων πεζολεπεγύμφυσος ἢ ὄφελής πε. V.N. ad Horatii Oden XVI Epod. v. 57. Gifan Ind. Lucret. p. 401. L. Johan. Scoppam lib. 1. Collectan. c. 15.

v. 1. CAVINUS. Vide Barth. ad Nemesiani Cyneget. v. 1.

v. 2. FATIDICAMQ; RATEM) Lycophron in Cassandra v. 1324. nuncupat την λάλη θεγυνίσταν, picam loquentem. Ubi Meursius p. 330. Argonavis loquacē malū ē quercu Dodonea habuisse dicitur. Infra v. 302. Meminerunt Philostratus in imaginibus, Sophocles in Trachinis. Apollon. lib. 1. v. 517. & lib. 4. v. 583. Aeschylus φιλελθέρεος, citante Philone alicubis

περὶ δύσιν Αργοῦς ισεργίαν δαχζον ξύλον;

Orpheus οὐλαλον Αργῷ, & λάλον τρόπῳ appellat. Lucianus in Somnio leu Gallo T. 2. p. 594 νῆσοι τοι πίπερίστας, εἴ σου γά της Αργοῦς τρόποις ἐλάτην ησάν. ubi in plura notavit Gilb. Cognatus p. 641. Seneca Medea v. 349. Ipsaq; vocem perdidit Argo. Hygini. lib. 2. Poet. Astronom. c. 38. Carol. Paschal. lib. 7. Coron. c. 13.

v. 3. AUSAS SEQUI) Maronianum est, lib. 5. Italiam sequimur sanguinem & volvimus undis. Barth.

v. 3. MEDIOSQ; INTER JUGA CONCITA CURSUS RUMPERE) Translatio vocum est, nam, media jugo cursus interrumperet, dicendum erat. Concita, ad celeritatem Symplegadum referunt. Rumpere, violenter, tam cursus significat. Sic Claudianus:

— Coeuntibus aquor

Armatum scopulus audax irrumperet Argo.

Barth. lib. 1. Adv. c. 17. qui etiam ad Claudianum, de bello Getico v. 2. legendum hic arbitatur, mediob. 1. 1. c. cursu.

v. 3. JUGA CONCITA) Confer inferius loca, quæ hic cito. Theocrit. Idyll. 13. ubi Symplegadas εἰς ἀξωίστας dicit. Martin. in Lex. Symplegades insula, quas inter se concurrere & quasi configere fabulantur. Ex & Syndromades, à concursu. Lucan. lib. 2. v. 715.

Ut Pagaearatis, peteret cum Phasidis undas,

Cyaneas tellus emisit in aquora cautes:

Raptā puppe, minor subducta est montibus Argo.

Vana

4 JOH. VVETZII COMMENT.

Vana repercutit pontum Symplegas inanem,
Et statuta reddit.

Juvenal. Sat. 15.

Concurrentia saxa Cyanis.

Pindaro μέτραν οὐδεγον. Hinc Argo Theocrito εἰπε
δεγκάδαν ρωσ. Vide Lucan. lib. 3. v. 194. Infra lib. 1. v.
59. 635. lib. 2. v. 381. lib. 4. v. 560. 575. 582. 586. 636. & que
noto lib. 5. v. 299. 482. lib. 8. v. 195.

v. 4. FLAMMIFERO OLYMPO) Seneca de
Phœbo in Herc. Fur. v. 620. Qui alterna curru spacia
flammarum ambiens, ex sebris terris caput. Thyeste v. 853.
Leo flammarum astibis ardens, Infra lib. 5. v. 581. Flam-
migeri proles Perseia solis.

v. 4. CONSESTIT OLYMPO) Infra lib. 5. v. 294.
Manil. lib. 5. v. 30. Et lib. 1. v. 401.

Tum nobilis Argo
In cœlum subducta mari quod prima currit,
Et meritum magnis Mundum tenet acta procellis;
Servando Dea facta Deos.

Et lib. 5. v. 13.

Et Ratis Herosim, quæ nunc quoq; nāvigat astris;
Aratus in Phœnom. p. 152. ibiç; Theon.

v. 5. PHÆBE MONE) Monere, est, docere, Virg.
7. Aeneid. v. 41.

Tu ratem, tu, Diva, mone: dicam horrida bella.
Barth. lib. 21. Advers. c. 2.

v. 5. Si Cum æ MIHI) Eos proximè senten-
tiaz accessuros arbitratur eximus Barthius, lib. 1. c. 17.
si qui divinaverint, Sibyllinorum carminum aliquid
vel interpretatum Valerium, vel laudatum publico
dedit, aut prefissis adhuc castâ suâ domo, cum hæc
scriberet. Solent enim in initiis operum novorum,
veterum suorum laborum ratus meminisse, ut Pappinius
Achilleide v. 8.

Tu

IN LIBR. I. VAL. FLACC.

Tu modo, si veteres digno deplevimus haustū,
Da fontes mihi, Phœbe, novos, ac fronde secundā
Necte comes.

Aut Valerius non primè Argonautica hæc aggressus videtur, quibus immortuus est, sed alio opere Spiritum illum generosum antè exercuisse. Quod ipsum repetit & lib. 52. c. 13. Idem lib. 53. c. i. ita explicat: Si frat̄ castā cortina domo, h.e. si eō me honore dignaſt̄, ut domi me adflatu Poetæ dones, & talis pectus meum subess; qualis olim castam illam fatem, cuius fama tuā gratiā est pérpetua. Et si ego tua mysteria castè, atq; ut fas est, celebro, req; familiariter mihi & domesticum Numen non minori reverentia colo, quam olim Sibylla, quæ tuam gratiam faveantissimam promerita est. Alludit autem scriptor doctissimus & ingenii minimè vulgaris ad Virgilianum illud Elega. IV. — Cumati venit jam terminis etas.
Et vatēni se exinde Vespasiani rerum & Domitiani futurum vovet & pollicetur. Nam quæ Sibyllinis carminibus de Christo, omnium principe, ex Iudea oriundo, & Imperio novo orbem terrarum occupatō, vaticinata erat illa; ea vulgus ad Vespasianos ducebatur, qui Iudeis domitis, Romæ imperatunt. Svetonius de iisdem temporibus: Pererebuerat Oriente toto vetus & constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Iudea profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, quantum postea prædictum patuit, Iudei, ad se trahentes, rebellarunt. Narrant autem Pagani, eam prædictionem Iudeorum libris contineri. Tacitus lib. 5. hist. Pluribus persuasio inerat, antiquis Sacerdotum libris contineri, eo ipso tempore fore, ut valeceret Oriens profectus Iudea potirentur, qua ambages Vespasianum ac Titum prædixerant. Hæc verò aut talia gnarus in Sibyllinis etiam libris existare, se eorum conscientum facit, aut ab Ibræis prophetis, gente mirificè exosæ, in Sibyllas trans-

transculit, & Vespasiani res gestas ex variis libris cansti-
turum se ait Valerius Flaccus. Nempe Vespasianum
eum principem esse, qui tanto ante tempore sit praedi-
ctus, sese autem cum esse, qui carmina Sibyllarum
illa possit interpretari. *Hac amicus noster Barthius Clas-
sissimus.*

v. 6. CORTINA) Tripodem habitare Apollo crede-
batur. Euripides Iphig. Tauricā:

Ἄροις μαντεύων δέ ἐπέ-

βος ζαθέων, τρίποδες δέ εὐχειρίη

Ταύτες, εν ἀψεύδες δέογει.

Eodem modo poetæ, cum feliciter carmen scriberent,
domi se tripodem, aut cortinam Apollinis habere di-
cebant. Barth. ibidem.

v. 6. SI LĀUREA DIGNA FRONTE VIRET) Veteres, cum versus scribebant, soliti sunt se coronare-
dimire; Deos videlicet sibi conciliantes hac tanquam
religione. Turneb. 19. Advers. c. 3. Confer Paschal. 8.
Coron. c. 13.

v. 7. TUQΣ, Ο PELAGI) Exclamatio, poetis
non inusitata. Vide Claudian. de bello Gildon.
v. 116,

v. 8. VEXIT) Non mare duntaxat vehere naves
dicitur: sed & ipsæ: uti ostendi 1. Trist. 2. v. 31. unde
eas *vehicula marina* Antistes Hippomenis appellavit.
lib. 1. de doct. Christ. c. 4. & Theodoret. de provid.
Dei Orat. 4. ὥξνα γαλάτιον.

v. 9. PHRYGIOS JULOS) Julianum Casarum do-
mum, quæ tum temporis jam extincta erat, exprimit;
ut fato quodam Britanniarum imperium debitum Ve-
spasiano per adulationem ingerat. Nec audiendus
hic Meursius, qui ad Lycophronem p. 106. Trojanas
naves & ιελοπίζες Paridis interpretatur. Barth. lib. 26.
Advers. c. 3. Videatur & Turnebus lib. 17. Advers. c. 9.
itemq; præstant. Dresenius ad Joseph. Istan. lib. 1. v. 71.

v. 10.

ISTIUM .1

IN LIBR. I. VALER. FLACC.

v. 10. ERIP E ME POPULIS) Poëtae, cum
cōciperent egregium carmen, cœlo levari se arbitra-
bantur; & crasso turbulentōq; isti aeri eximi, divisiq; que
accedere. Sic de Pindaro Horatius 4. Carm. 2.

Multa Directum levat aura Cygnum,
Tendit, Antoni, quōties in altos
Nubium tractus.

Barth. lib. 1. c. 17.

v. 10. ET HABENTI NUBILA TERRÆ) Boeth.
lib. 3. met. 9. Disjice terrena nebulas & pondera molis.

v. 11. FAVE) Brisson. De Formulis.

v. 12. PANDET) And. Schott. lib. 2. Observ. c. 56.
ita legendum putat:

— Versam proles tua pānget Idumen;
(Namq; pote) & Solymo nigr —

Idq; Svetonii autoritate, qui in Domitianō c. XI. Si-
mulavit, ait, & ipse mirè modestiam, in primisq; Poeticæ
studium tam in suum antea sibi, quam postea spretum &
abjectum; recitavitq; etiam publicè. Ex quō & illud il-
lustretur; quēd genti Flavix delubra refert hic insti-
tuta. Narrat enim idem Tranquillus, natalem domum
in templum gentis Flavia convertisse; quod & P. Victor
agnoscit in Regionibus Urbis Romæ Adhæc Sta-
tius lib. 5. Silv. carm. 1. v. 241.

— Est hic, agnoso, minister

Illiū, eterna mōdo qui sacraria genti [Flavix]

Condidit, inq; alio posuit sua sidera calo.

h. e. in altero cœlo indigetavit, & transcriptis suis
jam consecutatos, ac Divos. vide & Barth. lib. 1. c. 17.

v. 12. IDUMEN) Judeam. Sic Martialis lib. 2. epig. 2.
ad Domitianum:

Frater Idumeos referat cum Patre triumphos.
Silius lib. 3.

Paluferamq; Senex bello domitabit Idumen.
Barth. lib. 1. c. 17. Idumæa autem peculiaris regio est;

I. WETZELI

LAMBERT. COMMENT.

ut ex Josepho aliisq; notum, & à Palæstinâ se Jungitus
à Plinio lib. 5. c. 13. Ἰδουμαῖοι Ιδουμαῖοι Idumæos appellat.
Stephanus à voce, quæ rubrum apud eos sonant. Se-
quens autem ætas cum Judæorum appellatione con-
fudit. Idem lib. 5. c. 2. v. 13. Estq; regio finitima Ju-
dæz meridiem versus, & Arabiæ atq; Ægypto. Nomen
habet ab Edomo, qui fuit Esavus. Martin. in Lex. qui
videatur in Erythraus. Vide Josephum lib. 2. Antiq.
Judaic. c. 1.

v. 13. NAMQUE POTENS) Barth. lib. 26. c. 3. leg.
Jamq; potest Selymo- h. e. jam sufficit ingenio ad ca-
nenda illustria fratris gesta Domitianus.

v. 13. MIGRANTEM PULVERE) Quod scilicet ma-
gnos duces militiæ redeuntes etiam humus conspersos &
sordidos poetæ describunt. Horat. 2. Carm. 5.

Audire magnos jam videores duces

Non indecorò pulvere sordidos.

Claudian. de 3. Honorii Cons.

Sit flamme crebro

Turbidus, q; grauio respersus pulvere bellis.

Adi J. Caspér. Gevart. ad Statuum 1. Silv. c. 6. Hoc ve-
rè expressum ex illo Horatii 1. Carm. 6.

Pulvere Troicō nigrum Merionem;

Scribit And. Schott. lib. 2. Observ. c. 56. Infra lib. 26.
v. 419.

Bellis mediæq; ut pulvere pugna.

Sit comes.

Lib. 4. v. 606.

Ludo volitans cum turma superbo

Pulvereis exultat equis.

v. 14. ET IN OMNI TURRE FURENTEM) Ardo-
rem Tibi bellicum designat, qui in omnibus hostium
munitiis velut princeps Martia fecinora designet.
divino quedam furore percitus. Pariter verò muni-
tiones fortissimæ urbis innuit. Barth. lib. 26. c. 3. quæ
&c

§. lib. 2. c. 9. illustrat insolentiores hanc phrasin.
In omni turre fure.

v. 17. IN TYRIAS CYNOSURA CARINAS CER-
TIOR) Eustath. in Iliad. u. p. 42. ελικη τούρπος, ή ποτέ^{μετάλη} ἄρπτος λεγομένης ή ιστός ἄρπτος ή μικρός, ή Κωνί-^{τρας}, inquit ibidem p. 91. Manil.lib. i. v. 295.

Majoremq; Helice major decircinat arcum,
Septem illam stelle certantes lumine signant;
Quā duce per fluctus Grajā dant vela carina.
Augustō Cynosura brevis torquetur in orbe,
Tam spacio, quam lucominor; sed indice vinsit
Majorem Tyriō.

Videndum Ovid. 3. Faſt. v. 117. & 4. Trift. 3. v. 1. ibique
Notz. Seneca Herc. Far. v. 6. Medea v. 696. Thyest. v.
367. Arat. Phænom. v. 18. & seqq. ibiq; Theon. Cicero
3. quæſt. Academ. Infralib. 5. v. 70. Barth. lib. 34. c. 5.
v. 18. MAGISTRIS) V. N. 1. Trift. v. 31. Infralib. 3. v.
467. lib. 5. v. 66. lib. 8. v. 202.

v. 18. SERVANDA) Servare, est contemplari & ob-
servare. Lib. 4 v. 487. Simul aquora servant, affix
sum. Apollon. lib. 3. v.

οἱ δὲ ἐν πόντῳ

νεῦσοι εἰς ἐλίκην τε καὶ ἀστέρας Ωπιανος
ἴδεψαν εἰν γῆν.

Virg. 6. Aeneid. 6. v. 338. Dum sidera servas.

v. 20. SERENUS) I. clemens. Symmach. lib. 16. Ep.

41. Nec enim serenum clementia vestra animum sine his
irrgutis compulsiſſet, ſacro edicto populum convenire. Ovid.
24. Pont. 2.

Cumq; serenus erit, vultuſq; remiferit illos.

v. 21. ORSA) Ordiri, verbum proprium artis Miner-
via: docente Lipsio quæſt. epift. lib. 2. c. 24. Fefto. iest
rei principium facere. Lib. 5. v. 195. Tu precor orſa re-
gas. Et v. 291. Alia Orſa movebo. Lib. 8. v. 45. Contrat
virgo iterum notis funguitibus orſa eſt.

v. 22. FRENABAT) Tralatio ab equis; Frenare enim est regere. Seneca Medeā v. 3.

— Quaq; domitorēm freti
Tiphyn novam frenare docuisti ratem..

Et v. 865. Frenare nescit iras. Agamem. v. 201. Regina frena temet, & siste impetus. Infra v. 68.

Aut curru vellet savos frenasse dracones,
Prudent. in Romano v. 420. Quietum frenet orbem legibus. Et 2. in Symmach. v. 584.

— Impositis ut mundum frenet habenis.

Hinc Frenum pro imperio. Silius lib. I. Utq; dati rerum freni. Ita & habena pro imperio & regimine. Infra v. 559.

— Linquamq; datas ubi certus habenas.

Lib. 4. v. 570.

Et pater ipse maris pavidas detorquet habenas.

Ovid 15. Metam. v. 481.

Accepisse Numam populi Latiaris habenas.

V.N. ad D. Hilarii Genesin v. 156. Infra lib. 6. v. 162.

-Ingentis frenator Sarmata conti.

v. 23. OMNES) And. Schott. lib. 2. Observ. c. 54.
magult amnes: ut & Sabell.

v. 24. PETUNT) V.N. ad Horatii Oden XVI. Epod.
v. 42. Adde loca seqq. lib. I. v. 92. 136. 162. 192. 460. lib.
2. v. 74. 197. 306. 557. 559. lib. 3. v. 419. 530. 567. 694. 727.
lib. 4. v. 504. 527. 563. lib. 5. v. 282. 336. 341. 386. lib. 6. v.
599. lib. 7. v. 220. 325. 490. lib. 8. v. 122. 169. 188. 201.

v. 24. OTHRYN) Hinc Odrysus Orpheus v. 470. ut & lib. 5. v. 99. qui & Thracius sacerdos lib. 4. v. 85. Ibid.
v. 466.

Tune ille Odrysus Phineus rex inclitus ora.

Statius 5. Silv. carm. 1. v. 205. Odrysus vates. Infra lib.
5 v. 439. Odrysum carmen.

v. 25. VERSABAT VOMERE) Infra lib. 7. v. 546.
-Mihis

— Mihi vertere tauri

Æquora. Virgil.i.Georg.v.118.

— Hec cum sint hominumq; boumq; labores
Versandi terram experti.

Etythraeus Indice Virgil. in Vertebat aratis centum
terram. Victorin. Massil.lib.2. Gen.v.159. Vertere ar-
va duris raffris. Silius lib.14.

Vomere verterunt primum novarura Sicano.

v.26. SED NON ULLA QUIES ANIMO) Infra
lib.7.v.244. Nulla quies animo.

v.30. VIRTUSQUE HAUT LÆTA TYRANNO)

Non enim gaudet tyranus virtute subditorum aut
cognatorum, quâ lœti sunt, pleriq; omnes alii homi-
nes. Barth.lib.57. Advers.c.17. & ad Gratii Cyneget.
v.1. Huic autem loco radios aliquot lucis immittas
ex Justini libro 42. Cum Jasonem perditum propter insi-
gnem periculis amq; regno suo virtutem Pelias rex cuperet ;
denunciat à militiâ in Colchos eum abire jubet, pelleq; arie-
tus memorabilem gentibus reportare : sponans interitum vi-
ri, aut ex periculo tam longa navigationis, aut ex bello tam
profunda barbaria. Vide Gruter.lib.2. Discursi in Taciti-
num p.125. & seqq. itemq; Saresber.lib.7. Policerat.
cap. 24.

v.32. LETHIQ; VIAS) Non. Marcell c.4.n.492
VIA, ratio, causa. Virgil.10. Æneid. Hac via sola fuit,
quâ perdere possit.

v.34. CLEONÆO JAM TEMPORA CLUSUS HIA-
TU ALCIDES) Vestitus enim leonina pellis erat
Herculi: Leoq; ille dictus fuit Cleoneus à loco, in quo ab
Hercule fuit vinctus. Auson. Idyll.19.

Prima Cleonei tolerata arumna Leonis,
Seneca Herc. Fur.v.796.

— Solvit à lava ferox

Tunc ipse strictus, & Cleonum caput

Opponit, ac se tegmine ingenti cludit.

13 JON. VVEITZII COMMENT.

Vide infra lib. 3. v. 566. 719. & lib. 8. v. 125. & Idyll.
προστάτης λεοντόφωνος.

v. 35. LERNÆ AB ANGUE) V.N. ad Prudent.hym.
14. Peristeph.v.381. Coint. Smyrn. lib.6. v. 212. Sene-
cam Herc.Fur.v.241.

v.37. IRA MARIS) Infra lib. 2. v.232. aquoris ira,
item v. 63.

Irato jam stridet in aquore Perseus.
Lib.8. v.580.

— aquora non sic
In scopulos irata ruunt.

V.N. ad Horat.2. Epod.v.6.

v.38. TRANQUILLA TUENS) Ita potius leg. quam
timens. Turneb. lib. 19. c.18. Tranquilla verò ponitur
pro adverbio per antimeriam : ut infra lib. 2. v. 555.
corva tuens. Vide lib.3. v. 128. Ita supra v. 1. prima, pro
primò vel primùm; πρώτη, pro πρώτῳ.

v.38. NEC FRONTE TIMENDUS) Verè à Tullio
scriptum epist.1. ad Q.fratrem : Multis simulationum
devolucionis regitur, & quasi velis quibusdam obtenditur
anuscujusq; natura. Frons, oculi, vulnus, persape men-
tiuntur, oratio verò sapissimè.

v.39. FICTIS DAT VULTUM ET PONDERA DI-
CTIS) Graphica versuti simulatoris descriptio ! Ni-
micum ubiq; ferè locorum simulans Afrani primas
obtinet. Cic.pro Sexto.

— Tectaque lues sub fronte vagantur.
Manil.lib.2. v.638. Ita Rufinus apud Claudian. lib.8.
Megera.

— Tradente dolos, gestus artemq; nocendi
Edidicit simulare fidem, sensusq; minaces
Protegere, & blandò fraudem pretexere risu.
Et Attius apud Non. Marcelli.c.40.62.

Sic vincitus animus multorum atrocij junctus malitia est;
Composita dicta pectora evolvunt sua;
Qua clara componaes, dicta factis discrepantia.

v. 41. DATQ; ANIMUM) Est, ad aliquid agendum impellere. Cicero pro Milone: *Hic Di immortales mentem dederunt illi perdito ac furioso.* P. Victor, lib. 7. Var. le^{ct}. c. 5. Infra lib. 4. v. 566. — D i forsitan ipse Auxilium mentemq; dabunt. Vide Comment. Teneunt. p. 649.

v. 44. HEU MAGNI SOLIS PUDOR!) Claudianus. Eutrop. lib. I. v. 9. Heu terra calig; pudor! Apud Senecam Oedipo v. 875. ipse de se Oedipus: *Saculi crimen vagor, odium Deorum, juris exitium sacri.*

v. 48. CUM SERUS FESSOS SOPOR ALLEGAT ARTUS) Cl. Marius Victor lib. 3. in Genesim v. 395. Irrigat & fessos dulcis sopor alligat artus. Statius Io. Theb. v. 275.

— *Ue quemq; ligatum
Infelix tellure sopor, supremaq; nubes
Obruerat.*

Seneca Herc. Fur. v. 1078.

*Preme devictum torpore gravi,
Sopor indomitus alliges artus.*

Lucret. lib. 4.

— *Cum suavi devinxis membra sopora
Somnus.*

Theocritus: πέδα μαλακό, Θάφεια δεσμοί. Infra v. 300. Mox ubi victa gravi cecidissent lumina somno. Confer Zinzerling. promulg. Crit. c. 47.

v. 49. MEQUE ASSIDUIS LACERA ILLIUS UMBRA) Illustrantur hac à Menfio ad Lycoph. p. 313: Gifan. Ind. Lucret. p. 373.

v. 50. NUMEN MARIS HELLE.) Natal. Comes lib. 6. mythol. c. 9.

v. 51. SI MIHI, QUES QUONDAM, VIRES) Schot. 1. Observat. c. 54. *Dontsámenos* seu Reticentia hic est, pro, vel poenas luisset. Actes vel occubueret.

Ira verò & Virgilius s. Aeneid. v. 397. Si mihi, que quondam fuerat; Si nunc foret illa iuventa. Et Aeneid. 10. v. 613. Si mihi qua quondam fuerat, quamq; esse docebat,
Vis in amore foret.

v. 53. OLIM ARDOR) Per uero coalescere poteat, ut apud Virgilium: ante-malorum, & Terentium: Semper-lenitas, similiaq; plurima. Schott. ibid. & c. 41. Vechner. lib. 1. hellenolex.c. 7. vide infra lib. 6. v. 61.

v. 54. BELLI REBUS) Circuito poetica, pro bello: ut Homerus μέγα ἔργον ἀρνεῖ: ejusq; suppar & emulus Coint. Smyrn. lib. 13. ἔργον πόθεν: ut Virgil. 8. Aeneid. grave Martis opus. Rittershus. ad Oppian. I. Hal. v. 105. Vechner. lib. 2. hellenolex.c. 8.

v. 55. CUR M.Q; ANIMI Q; VIRILES) Animi viriles dicuntur è diverso animorum muliebrium: ut apud Tryphonium legitur l. ult. ff. qui pet. tut. Et Virgil. 9. Aeneid. v. 311.

Ante annos animumq; gerens curamq; virilem.

Plura congesit Tiraquell. Connub. 1. n. 92.

v. 56. I, DECUS) Infra lib. 4. v. 629. Decus o Borea! Virgil. 6. Aeneid. v. 556. Idecus, i, nostrum! Noster autor lib. 2. v. 143. Decus q; patria laus una ruentis. Lib. 2. v. 612 lib. 4. v. 162.

v. 56. PECORIS NEPHELEI VELLERA) Lib. 5. v. 490. aurata pecudis exuvias. lib. 7. v. 54. Scilicet Aeolia pecudis potiatur ut aurô. Videatur Natal. Comes lib. 6. c. 9. & infra lib. 5. v. 490.

v. 57. REDDE THOLO) Spolia hostibus ademta, tholis templorum adfigere conseruerunt veteres Heroes, De sim Heraumve anathemata. Tholus Martinio est testudo, erectior camera; ut in templorum hemisphaeriis, unde donaria suspendi solent. Statius I. Silv. carm. 4. v. 32. ————— Accipit omni

*Exuvias Diana tholo, captivaq; tela
Bellipotens.*

Vide

Vide ibid. lib.3. carm.1.v.3. & seqq. & lib.5. carm. I. v. 235. & Thebaid.2. v. 734.

— Figamq; superbis
Armatolis.

Idem lib.4. v.332.

— Sacrisq; Exuvia cecidere tholis.

Vide Aeneid.9. v.406.

v.58. PROPIORQ; JUBENTI) P. Syrus: Cogit rogando, qui rogar, potentior. Sive, ut citatur ab aliis: Quando potentior rogar, tunc imperat. Unde Plato epist. 7. ei q; τρέψαντος δεσμός πειραγμένα ανάγκης εἰσιν. Quod πειραγμένη, appellat Cicero. Δύναμις τῆς ἀνάγκης εἰσὶ διάβαται, teste Pythagorā. Macrobius 2. Saturn. c. 7. Potestas non solum si inviteret, sed etiam si supplicet, cogit. Confer Piccartum Observ. hist. polit. dec. 5. c. 3.

v.59. SCYTHICO PONTO) Seneca Herc. Fur. v.1210. ponitum Scythen vocat. Medea v.212. pontuq; quicquid Seythicus a tergo videt. Ibid. v.44. Pontus, absolutē. vide infra v.331-345. lib.2.v.379-575. lib.8. v.207.

v.60. TANTOQUE POSSESSA DRACONEM VEL-
LERA) Claudian. de bello Gatico v.22.

— Insopitusq; refusum

Tractibus aurati cufstodem velleris anguem.

Lycophron nominat γάνευ δραποντοφράγεις ἐπιεπιστρέψην σκοτωτούς. Vide infra lib.7.v.522. & seqq. & lib.8. v. 56. & seqq. Senecam. Medea v.468. 471. 703. & Herc. Oct. v.18. Scholiastes ad lib.2. Apollonii p. 199. b. de ortu istius draconis ita scribit: ταῦτα τὸν καίκασσον φεύγειν τῇ τυφλοτοις πίτησι κεραυνωθεῖσι οὐ φέσι, οὐχώρας πιάσι αφῆσιν, οὐδὲ ἐγκέπειο οὐδὲ δίφθο. Φυλάθωσι οὐ φέσι.

v. 61. MULTIFIDAS LINGUAS VIBRANTEM)
Infra lib.3.v.457. angues linguis rapuer coruscis. Seneca
Medea v.686. Hic sera serpens corpus immensum trahit,
Trifidamq; linguam exertat. V.N. ad Prudent. præfat. 2.
in Symmach. v.28.

v.63. ET DABAT HESTERNO LIVENTIA MER-
LA VENENO) Infra lib.8.v.96. & 62. Turneb.lib.28.
Advers.c.45.

v.67. NUNC AERII PLANTARIA VELLET PER-
SEOS, AUT CURRU) Confer Ovid. 3. Amor. 5. & 3.
Trist. 8.

v.67. AERII PLANTARIA PERSEOS) Ovid. 4.
Metam. v.664.

— Pennis ligat ille resumis

Parte ab utraq; pedes, & eloq; accingitur uncō,

Et liquidum motu talaribus aera findit.

Græcis αἰδίλα. Eryth. in Ind. Virgil. in Talaria. Glos.
ταλάρια, talaria.

v.69. TRIPTOLEM) De eō Ovid. 5. Metam. v.613.
Hygin.fab.147. & 277. simulq; lib.2. Aetron. in Ophiu-
cho. Claudian. lib. 1. de raptu Proserp. v. 12. V.N.3.
Trist.8. & ad Horat. Epod.XVI. v.43.

v.70. VOMERE IMBUIT) Vide Sitzman.ad Boeth.
lib.3. met.2.p. 204.

v.70. QUERCUM DAMNAVIT ARISTA. V. N. ad
Prudent. 2. in Symmach. v.284. Claudian.1. de raptu
v. 30.

Vnde data populis fruges, & glande reliktā
Cesserit inventis Dodonia quercus arista.

Confer Paschal 8. Coron. c.12. Meurs.ad Lycoph. p.219.
Boch.ad Psalm 103. Seber. in Discursu de Agricult. p.
7. & 8. Joh. Mylium in Horte Philosoph. p.226. Joh.
Bapt. Portam lib.3. Villæ c.5.

v.73. PALLADE ARMISONA) lib. 3. v.87. agisone
fera pectore virgo. Lib.4. v.669. prima coruscanti signum
dedit egide virgo. Virgil.3. Æneid. v.5 43. --- Tum Nur-
mina sancta precamur Palladas armisone. Statius 2. Theb.
v. 716.

Diva ferox, magni decus ingeniumq; parentis,
Bellipotens, cui toruq; genit horrere| decoro.

Cassie

Cassis, & asperso crudescit sanguine Gorgon.

Virg. 3. Eneid. v. 435. Natal. Comes lib. 4. c. 5.

v. 75. DOMITO PONTO) Infra v. 605. Ingens gau-
dens comas aquora velo. Lib. 5. v. 299. Domitis Symplo-
gados undis : Seneca Medea v. 2. domitorem freti Tiphys
appellat. Et v. 517. Tiphys in primis dominor profundis.
Idem Hippol. v. 306. de Europâ: Peccatore adverso domus
profundum.

v. 76. TU SOLA ANIMOS MENTEMq; PERURIS,
GLORIA) V. N. 5. Trist. 1. v. 76. & 5. Trist. 13. v. 37.
Barth. Cassan. in Catal. glor. mundi, parte 1. Consid.
54. pag. 65. Eberhard. à VVeiche De vanit. glor. hum.
p. 44.

v. 77. TE VIRIDEM) Vividis, pro succipienô, ju-
venante & vernante. Barth. lib. 24. c. 15. & lib. 4.
cap. 4.

v. 78. JUVENESq; VOCANTEM) Hoc est gloria in-
genium: Eum quarit, à quo non cognoscitur; cum eo lo-
quitur, à quo non auditur; cum eo rem habet, à quo visa
non est: eum insequitur, qui ipsam fugit: eum honorat, à
quo parvi penditur: nolentem vult; non petenti se offert;
ignoto se credit. Horol. Princip. lib. 1. t. 12.

v. 79. ANIMI INCERTUM) μετηοργήντες ἔχοντες
Oppian. 4. Hal. v. 200. Terent. Hecyra 1. 2. Fecit, animis
ut incertus foret. Vechner. hellenolex. lib. 1. c. 2.

v. 80. TENDENSq; PIAS AD SIDERA PALMAS) Lib. 4. v. 472. Subsulit hic geminas Phineas ad sidera pul-
mas. Manus in altum sublatæ, orantis gestus est. Vide
Brison. De Form. p. 39. 40. 107. 108. Boch. ad Psalm 87.

v. 82. QUATERET CUM JUPITER IMBREM) Lib. 2. v. 12. Quatit ipse hiemes. Lib. 6. v. 169. Quatit ut
savo cum fulmine Phlegran Jupiter. Vide lib. 2. v. 112.

v. 83. PER ENIPEA) Intra v. 357. & lib. 5. v. 208.
Scholiastes Apollonii p. 118. a. Amicis οὐδὲ Ευπάτωρ
φύσεται γενέσθαι πονημένοι. Virg. 4. Georg. v. 362.

v.87. INNUBA PALLAS) Lib.4.v.604. *Divag. Gorgonei gestatrix innuba monstri.* Lege Natal. Comit. lib. 4. cap. 5.

v.88. ERIPE ME) Supra v.10. *Eripe me populis.* Liv.4.v.537. *Nunc me quoq; curis eripe.*

v.89. DABIT AURATIS ET CORNIBUS IGNIS COLLAS) Eximias significat hostias, ut taurum egregium, quibus cornua inaurabantur. Turneb. 19. c. 18. Natal. Comes lib.1.c.10. Seneca Oedipo v.135.

*Colla tacturus steterat sacerdos,
Dum manus certum parat alta vulnus,
Aureo taurus rutilante cornu
Labitur.*

v.90. PATER) Severus Endeliechus in Bucol. v.81. *Hinc taurus solidi vir gregis & pater.* Ita Ovid.de hirco, 1. De arte v.524. *Virg. pateris gregis.*

v.90. NIVEIQ; GREGES ALTARIA CINGENT) Natal. ibid. Erat illa præterea consuetudo, ut victimæ in auratis cornibus ad aras candidæ adducerentur.

v.91. PER ÆTHERA LAPSU) Ita Virgil.3. Æneid. v.225. *At subitò horrifico lapsu de montibus adjunt Harpyia.* Æneid. 4. v.223. *Vade agènate, voca Zephyros & labere pennis.*

v.93. TRITONIA) Lib.2.v.49. *Nec me tantum Tritonia cursum Erudiit.* Apollon.lib.1.v.109. *Tritonis Agnus.* Ibi Schol. *reptores tēs, Boarntas, Prosternas, labentes.* ex de ταῦτα λιθον ἐπιχρυσά Αγνύ. Vide Arnobium.

v.94. MOLIRI PUPPES) Non. Marcell. c.4.n.300. *Moliri, est extruere.* Virgil. 1. Æneid. *Moliriq; artem.*

v.95. PELIACAS IN UMBRAS) Umbras, pro filiâ umbrosâ: ut apud Senecam Hippol. v.1. *Ite, umbrosas cingite silvas.* Ita verò & Claudian. de bello Getico, Palladem ait unâ secessisse, Argo navi conficiendæ, arbores; v.15.

...Ipse magis

— Ipsamq; secundis

Argois trabibus jaētent judasse Minervam.

Ibi vide Barthium. Seneca Medeā v. 365. Non Palla-
diā Compactā manū, regum referens Inclita remos queri-
tur Argo. Vide infra v. 121. & seqq. Apollon. lib. 1.
vers. III.

v. 96. MACE TŪM q;) Macetas pro Macedonas di-
cunt poetæ, ut hīc Valerius. Scholiaſt. Juvenal.ad Sat.
10.p.96.b. Ita enim ibi legendum. Hesych. μακέντας
μακένδειος. Adi Scalig. Lect. Aufon. Barth. lib. 2. c. 16.

v. 101. PRIM AE IN FLORE JUVENTAE) Flos iuven-
ta, avi, atatis, pro ariuq; & vigore, h. e. optimā etatis
humanæ parte. Comment. Terent. p. 182. Dicitur Ju-
venta & Iuventus, ut Senecta & Senectus, et si non nihil
differant. Juventa enim est atatis, quum Iuventus sit
personarum : quemadmodum exponit Servius. Mox
v. 113. O utinam Graja rueret non omne juventa In nova
fata decus. vide lib. 5. v. 365. lib. 7. v. 274. 329. 509. lib. 8. v.
26. 257. Prudentius 2. in Symmach. v. 7. — Vernantes
flore juventa. Ita & Florus lib. 1. Ut quasi ad quendam
juventa florem pervenerit. Et ibidem: Hac iam ipsa im-
perii iuventa & quasi quadam robusta maturitas. Nota-
vit Herman. Busch. in Cent. Philolog. Epist. à Golda-

sto clarissimo editarum, epist. 36. Aufon. Popma de
diff. verb. lib. 3. Iuventa, inquit, significat lanuginem,
erumpentemq; barbam, atq; ipsum tempus prime adoles-
centie: Iuventus & iuvenilem etatem & iuvenum mul-
titudinem denotat. Val. Flaccus lib. 1. v. 604. Graia no-
vam ferro molem commenta iuventus Pergit. Confer
Jacob. Spiegel. ad Prudent. p. 302. Ita & crebro usurpa-
tur Senecta à Valerio nostro lib. 1. v. 77. lib. 6. v. 308. lib.
8. v. 14. 137. & 280. Senectus lib. 6. v. 285. Symmach. lib.
4. epist. 18. Annis en senectam vergentibus.

v. 103. STUDIUM q; INSONTIS ARATRI) Vide Se-
necam Hippol. v. 481. & seqq. Lips. cent. 1. Epist. 8.

v.106. ELATIS CORNIBUS AMNES) Auctor in Deorum Naturā Phornutus, fluvios effungi plerumque *κερατοφόρους ήσι ταυρεπτας*, ex violentō undarum impetu, qui mugitibus assimile insonet quiddam. Cels. Rhodig. lib.17. c.33. Turneb. lib.22. c.5. Natal. Comes lib.7. c.2. Meurs. ad Lycoph. p.160. Paschal. 10. Coron. c.4. V.N. 4. Trist. 2. v.41. Infra lib.5. v.485. Tot vigil pulcor rim a flumina cornu. Lib.6. v.618. Terrificis undassem cornibus Hebrum. Lib.8. v.186. Fundere non uno quens flumina cornu accipimus. Statius 4. Theb. v.841. *Eterne largitor corniger undae.*

v.108. ARMATA) Gifan. Ind. Lucret. p.300. ex v. e. legit: Flammata, h.e. impleta, completa. Sed armare veneno dixit: & Claud. Marius Victor lib.1. v.337. Ferrum infamare veneno, Silius lib.3. v.272. Alii legunt hic: Infecta. Notatq; Barthius lib. 5. c.XI. etiam Val. Flaccum brevem Syllabam, propter cæsuram, pro longâ ponere: ut hic: Arcadio cuius armata (vel infecta) veneno. Infra v.642. Tota cum protinus alnis Solvitur. Lib.3. v.233. Et justâ sanguis exuberet urnâ. Lib.7. v.291. Dignior es, & fama meis jam parta venenis. Lib.4. v.88. Et pavor & monstri subiit absentis imago. v. 603. Sed qualis & quanta viris insultet Enye.

v.112. NOTAT) Infra v.779.

v.117. CARINÆ) Carina, navis est pars infima; à Græcis vocatur, à facilī cursu, quasi currina dicta. Isidor. Orig. 19. c.2. Capitur etiam pro infimâ trabe, quâ navis fundatur. 4. Pont. 3. Dum mea puppis erat validâ fundata carina. Gyrald. lib.de navig. c.11. Felt. Carinantes. Synecdochice sumitur pro totâ nave. Hoc libro v.17.154. 301. 487. 549. lib.2. v.50. 637. lib.3. v.723. lib.5. 150. 186. lib.6. v.318. lib.7. v.220. lib.8. v. 417.

v.124. LENTOQ; SEQUACES MOLLIRI IGNE TRABES) Seneca lib.6. ep.51. Robora in redditam, quam-
vie

vis flexa, revocabis. Curvatas trabes calor explicat, & alies
ternata in id finguntur, quod usus noster exigit.

v. 126. V E L I F E R O M A L O) Infra v. 625. Vela super
tremulum volitantia malum. Gyrald. lib. de navig. c. 12.
Iudeo. Orig. 19. c. 2. German. Segelbaum, quasi vele-
rum arbor: Etiam Mastbaum / & simpliciter Mast.
Vide Martin. Lex. Statius 5. Silv. carm. I. v. 246. Lataq;
veliferi porrexit brachia mali.

v. 126. BRACHIA) Gyrald. ibid. c. 12. p. 593. Cornu
interdum à poetis per similitudinem brachia vocan-
tur: ut hic V. N. ad Horat. Odem XVI. Epod. v. 59.

v. 127. C O N S T I T U T U T L O N G E) Gyrald. T. I. p.
588. & seq.

v. 130. HIC S P E R A T A) Speratam Thetiden vocat,
quia Peleo in matrimonium destinata esset. Ex enim
puellæ propriè sperate; ut postea interpositò Sponsu &
pactò, Pacta atq; sponsa. Adi Jan. Guilielm. quæst. mi-
scell. c. 2. Infra lib. 3. v. 594. Ætates contrà thalamis &
virgine pacta Conciliat reges Scythices. Lib. 6. v. 44. Pacta
quod Albano coniux Medea tyrranno. V. 268. Enī cuius
thalamis Ætia virgo Dicta manet. v. 274. Pacta, sinus
en conjugis. v. 585. Pacti coniugis arma. Lib. 8. v. 153. Al-
bano fuit hec promissa tyrranno, non sibi: nil tecum miserè
pepigere parentes. v. 401. Sacri sibi consicia pacti Rollè-
gio.

v. 131. P E L E O S I N T H A L A M O S V E H I T U R T H E-
T I S) Catulli. de hupris Pelei & Thetidis.

v. 132. D E I E C T A L U M I N A P A L L A) Lib. 8. v. 204.
Atq; ibi deiecta resides in lumina pallia.

v. 134. H A N C P A N O P E D O T O Q U E) Homer Aliad. 6.
Hesiod. Theogonia. Gyrald. hist. deor. Syntag. 5. p. 167.
Natal. Com. lib. 8. e. 6. Virgil. 5. Aeneid. v. 825.

v. 136. S I C U L O R E V O C A T D E L I T T O R E C Y-
C L O P S) Ovid. II. Metam. v. 741. & seqq.

v. 139. PULSATQUE CHELYN POST POCULA
CHIRON) Natal. Comes lib. 4. c. 12. Statius 1. Achil-
leid. 184.

Tunc libare datus Bachanaq; munera Chiron
Orat, & attonitam vario oblectamine mulcens,
Elicit extremo Chelyn, & solantia curas
Fila movet.

v. 140. MULTOQUE INSANUS IACHO) Ovid. 3.
Metam. v. 536. Mota insanis vino. Refert Athenaeus lib.
2. c. 1. invenes quosdam Agrigentinos per ebritatem eo usq;
dementia progressos, ut se in triremi navigare, & mare ma-
gnoperè perturbatum esse arbitarentur. Omne itaq; supel-
lectilem unà cum lectu proiecere, quasi gubernator exone-
rare navem iussisset. Iacebant interim naufragi, &
supervenientes militum duces tanquam Tritones adora-
bant; & si portum attigissent, sostra ius per soluturos libera-
lissime pollicebantur. Tertio vix die ad se reversi sunt. Vnde
quidem illa domus Triremis capit nominari.

v. 141. RHÆCUS) Poin & Äliano lib. 15. hist. var.
Turneb. 19. c. 18. Infra lib. 3. v. 65. Qualis in Alciden &
Thesea Rhacus ruit.

141. ATRACIA DE VIRGINÉ PUGNÆ) Ovid.
12. Metam. v. 189. & seqq. Natal. Comes lib. 7. c. 4.

v. 142. CRATERES MENSÆQ; VOLANT) Ovid.
ibid. v. 242.

Vina dabant animos, & prima pocula pugna
Missa volant, fragilesq; cadi, curvij lebetes:
Res epulis quondam, nunc bello & cadibus apta.

v. 143. POCULAQ;, INSIGNIS VETERUM LA-
BOR) Vide lib. 2. v. 654. Virgil. Culice v. 65. Ovid. 13.
Metam. v. 682. Statuta 6. Theb. v. 531.

v. 146. MONYCHUS) Jan. Parrhas. epist. 2. T. 1.
Crit. p. 730.

v. 146. PERAGIT) πατεράζεται aut δισπάζεται.
Turneb. 19. c. 18. planè occidit. Barth. lib. 21. c. 10. Non
diffimi-

diffimiliter infra lib. 6. v. 246. *Lavum per luminis or-
bem Transfigitur.*

v. 147. **ACCLINISq;**) Ita recte legitur lib. 2. v. 92.
Acclinem scopulo iuveniunt. Lib. 3. v. 532. *Piceaq; acclinis
opace.* lib. 4. v. 307. *Inclinis & v. 534. reclinis.* Statius 5.
Silv. carm. 3. v. 36. Acclinis tumulo: ut & carm. 5. v. 26.
Idem Theb. i. v. 388. *acclinis posibit aula.* Et lib. 5. v. 354.
acclinis malo.

156. TALIA CONANTI LÆVUM JOVIS ARMIGER) Fuit Aquila apud veteres auspiciis accommo-
datissima: quod hic quoq; licet observare. Festus:
*Alites, volatu auspicia facientes, ista putabantur: buteo,
sangualis, immissulus, aquila, vulturius.* Exempla ha-
bemus apud Svetonium in Augusto c. 94. & 97. in Gal-
ba c. 1. & 4. in Vespasiano c. 5. in Domitiano c. 6. Vide
Theocrit. Idyll. 17. Pindar. Isth. 6. Peuc. de divinat. cap.
de auguriis. Barth. lib. 34. c. 14.

v. 156. **JOVIS ARMIGER**) Scholiast. Juvenal. ad
Sat. 14. *Aquila Jovis armigera dicuntur secundum fa-
bulas, quod in bello Giganteo Jovi adversus gigantes
fulmina ministrasse feruntur.* Plinius ideò, quia fulmi-
ne non tanguntur. Adi Rittershus. ad Oppian. p. 248.
Frischlin. ad hym. 1. Callimachi v. 68. V Volfg. Fratitz.
in hist. animal. Sacrâ p. 530. Infra lib. 2. v. 416. *Quin &
Jovis armiger ipse accipit à Phrygiô jam potula blanda mi-
nistrô.* Ovid. 12. Metam. v. 560. *Volutris que fulmina cur-
vis Ferre solet pedibus, Divum gratissima Regi.* Metam.
4. v. 362. *Regia ales.* Virg. 5. Aeneid. v. 254. *Præpes Jovis
armiger.*

v. 157. **ÆTHRA**) *Æthra, idem quod æther.* Græcis
æther est ætheris serenitas. Sed Latinis poetis *æthra*
latius patet; quibus significat ætherem & ærem.

v. 157. **FREMITUSq; CANUM**) Ita Statius Thebaid.
i. v. 551. *de raptu Ganymedis:*

*Sunt mæsti comites, frustraque sonantia laxant
Ora canes, umbramque petunt, & nubila latrant.*

v.160. **AEGAEI PROFUNDI**) Profundum, pro mari.
Profundum enim propriè, cuius pòrò sit fundus
Ister. Orig. 14. c. 9. ex Festo. V. N. 1. Trist. II. v. 39.
Glos. 8905. hoc alrum, profundum, gurges Infra v. 573.
Medio permitta profundo Carbas. Et v. 585. latum profundum.
